Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent



premuntur. sic flores inter spinas prode-
unt. ⁊ rosa que redolet crescit cum spina
que pungit. vt sua insuper fulgeat sapien
g tia. Quoniam sicut ad simplicianū scri
bit Ambrosius. Sapiens non metu frā-
gitur. non potestate mutatur. non atolli
tur prosperis. non tristib⁹ mergitur. Ubi
ergo sapiētia ibi virtus patientie. ibi con
stantia. ibi ⁊ vera animi regnat fortitudo
Perinde Salomon ait in ꝓuerbijs. Qui
patiens est multa gubernatur sapientia.
qui autem impatiens est exaltat stulticiā
suam. ⁊ pauloante dixerat. impatiēs ope
ratur stulticiam. ⁊ vir versut⁹ odiosus est
vt denique innumeras eius mereatur lau-
h des. premia ⁊ merita assequatur. Quis
enim preconia ⁊ merita patientie poterit
explicare. Patientia enim legis est pleni
tudo. iuxta apostoli Pauli sententiā di-
centis. Alter alterius onera scilicet ꝑ pa-
tiētiam portate. ⁊ sic adimplebitis legem
christi. Patientia est que om̄ia vincit ad-
uersa. non colluctando sed sufferēdo. nō
murmurādo. sed gratias agendo. ipa est
que totius voluptatis abstergit. ipsa est
que limpidas animas deo reddit. ipsa est
religiosi viri omnium laborum ac doloꝝ
spe futuram reruꝫ. ⁊ summi dei amore gra
ta tolerantia ipsa denique est acquirende fe
licitatis ostensio. per facile enim est vestē
contemptam habere. inclinato capite in
cedere. velum super oculos dimittere. sed
verum humilem vt ad probam inquit.
Augustinus Patientie ostendit iniurie
conferamus igitur nulla esse bona. q̄ agi
mus si patientie non conficiantur virtu-
te. Sane igitur. ꝙ sepe replicauimus. a
Marco Tullio in preclarissimis officio
rum libris dictum extitit. Nihil esse patiē
tia cum constantia iuncta laudabili⁹ ar
i bitrandum. Sed quia p̄munitum ani
mum patiētia habere nequiuim⁹. nisi cau
sas euitem⁹ impatiētie. diligēter ānotan-
dū est. ꝙ quinque sunt q̄ impatientē effici-
unt hominem. status. s. magnitudo. infir
mitatum acerbitas. rerum agendarū co-
pia. colere vel melācolie excessus. ⁊ celesti
um corporum influxus. Nanque potentes
viri. quoniam qui eorum reprimant furo
rem non habent. per quā facile irascūtur.
⁊ proprie considentes virtuti existimant
neminem. nec ab aliquo possunt quicq̄

nisi inflatis accipere auribus. Bene igit̄
a Salomone dictum est. Secundum li-
gna silue. sic exardescit ignis. ⁊ s̄m homi-
nis virtutem. hoc est potentiam. sic iracū
dia illius erit. qd̄ Pharaonis. Nabucho
donosor. Nabal. Senacherib. Neronis.
et aliorum multorum rabies. ostendit. q̄
propter eorum maximum potentatuꝫ re
pleti furore impatientissimi effecti. nō so-
lum homines. sed deū etiā viuentē blas-
phemabant ⁊ aspernabantur Infirmi k
item egritudinum commouentur acerbi-
tate. Quis enim in vniuerso orbe terra-
rum Job vnq̄ fuit patientior. ⁊ tn̄ m̄lta
q̄si impatiēs suis loquebat̄ amicis. cū vi-
sendi solandiq̄. gratia ad eum se confere
bant. Demum vehementes negocio-
rum occupationes mentes hominū mo- l
uere solent. sunt em̄ tanq̄ musce pungen
tes. ⁊ importune vexātes. Hinc recte ista
el sabbatum quod interpretatur requies
accepit in munere. quia contemplatim. et
deuꝫ videntes. in solius dei visione ⁊ me
ditatione quiescunt. Egiptus autem mu
scarum percutitur multitudine. quoniaꝫ
tenebrosi angustiati. ⁊ negociatores ho-
mines a mordentibus muscis. hoc est a
vanis curis rerū terrenarum iugiter mo
lestantur. Colerici denique propter ve- m
hementem ⁊ subitaneam sanguinis ebul
litionem. Melancolici vero propter tedi
um vite quo cōmuniter ob nigri fellis ex
uberantiam afficiuntur sic impatiētes fi-
unt. vt amicorum contemnant affatum.
humanamq̄ fugiant conuersationem.
Nōnunq̄ etiā ab astris quib⁹ quo ad n
corp⁹ subijcimur cōmouent̄. ꝑinde marci
ales. saturnini. ⁊ lūnares min⁹ aīo q̄eti.
min⁹ pacifici. minusq̄ patiētes sunt. ⁊ q̄m
p̄lati sublimi onerent̄ fastigio. gubernādi
p̄grauant̄ cura. q̄tidianis distrahunt̄ ne-
gocijs. laborib⁹ plurimis. ⁊ crebris afficiūt̄
īfirmitatib⁹. m̄ltas habēt ī patiētie occa-
siones. Merito ne frāgant̄ p̄ceptor nr̄ o
eos monet vt patiētes sint ad oēs. i. circa
oēs causas pariūde impatiētie cauti sint.
ita vt nō dignitat̄ celsitudine. nō laborū
⁊ negociorū distractione. non infirmita-
tum exardescant languoribus. ⁊ si ab ali-
qua naturali cōplexione. vel astroꝝ agi-
tentur influxu. medicamenta adhibeant
sapiētie. q̄m sapiēs. ⁊ nature ⁊ astr̄ dn̄at̄.